Bolla. 1 Maggio 1584 | 1584 Maggio Cr. 1

Costituzione di Gregorio 13.



Secretarium

# GREGORIUS EPS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter gravissimas curas quibus sine intermissione
vexamur in eam quoqz libenter incumbimus ut edi-
ficior. presertim nobilium statua ad Urbis nre orna-



tum construetur eadem opera providentes ut qui illa
possident in rer. angustia positi commoda consequan-
tur Cum itaqz sicut accepimus alas postqz quendam
Traianus de Alicornia clericus Mediolanen felicis
recordationis Clementis pp. vij. Cubicularius inti-
mus volens ad viam Burgi veteris non longe a pla-
tea Basilice Principis Aplor. de dicta Urbe pulchru
et insigne edificium statuere duas aut tres humiles
domos quar. proprietas Capli eiusdem Basilice aut
cuius curam Caplum ipsum gerebat Capelle Julie
Cantorum in eadem Basilica erat cuiqz ille viginti-
novem scuta annue respondebant pretio representato
et recepto Trecentor. et Quinquaginta scutor. ab ipso
Caplo Trigesima Octobr. anni dni Millesimi quingen-
tesimi trigesimi secundi aut alio tempore emerat pre-
tiumqz ipsum in redimendis dicte Basilice vel Capli
debitis prestandaqz illius ministris operis facere mer-
cede aut alas conversum fuerat Deinde vicarius Urbis
seu eius locumtenens facta inquisitione num venditio et
conversio huiusi in evidentem cedebant dicte Basilice

Utilitatem illas aplica aucte qua Serali eius ad id fre-
tus erat rescripto Undecima Julij anni sequentis aut
illa approbaverat et confirmaverat Jam Traianus
condito a se testamento ac dilectis filijs Joanne bapta
et Fausto filijs suis naturalibus legitimatis heredi-
bus institutis inter alia Palatium quod in vel ex dtis
domibus construxerat et in novam ampliorem q3
formam reduxerat cum omnibus membris iuribus
et pertinentijs suis dicto Joanni baptiste reliquerit
et si aliquis dtorum heredum quandocumque sine filijs
legitimis et naturalibus aut naturalibus legitima-
tis decederet alterum superviventem Ipsis vero duob9
heredibus sine filijs decedentibus Laviniam Clari-
ciam Paulam Feniciam et Martiam eius filias na-
turales legitimatas equis portionibus substituerit
ita ut nec Joannes baptista nec Faustus heredes nec
alij ad quos hereditas sua perveniret dictam heredi-
tatem aliquo tempore aut totam aut partem eius
preterq3 ob legitimas causas et a iure permissas
veluti carcerationem detentionem in manibus Infi-

delium aut alias arctissimas necessitates vendere
alienare distribuere pignori obligare vel distrahe-
re valerent qd si secus fieret hereditas ipsa ad fi-
deicommissarios pro tempore superstites aut illis
non extantibus ad proximiores masculos domus
de Alicornis devolveretur nullo denique de Ali-
cornis existente tunc predte sue filie ac pariter eis
deficientibus alie femine domo de Alicornis proxi-
miores succederent et alias prout in instrumento
dti testamenti Quinta Octobris anni eiusdem Dni
Millesimi quingentesimi quinquagesimi sexti vel alio 5 X 1556
tempore celebrato ac etiam in venditionis et confir-
mationis instrumentis et lris desuper confectis
plenius continetur Quod et si ab ipso testatore
factum fuisse creditur ut eius hereditas ipsius
filijs et nepotibus in eorumque defectu filiabus conser-
varetur et ab illis dissipari non posset vel potius ut
obstante prohibitione alienationis eisdem heredi-
bus institutis et substitutis provideretur ne in
egestatem inciderent Verumtamen cum dictus

Joannes baptista alter heredum dicto testamento
institutor preter dictum Palatium nihil alius hic
et circum Urbem liberum quod momenti sit quam
Quatuordecim rubra terre in districtu dicte Urbis
ac domum prope plateam domus fratrum beate Marie
de Populo nuncupate de eadem Urbe a dicto Fausto
eius fratre acquisitam possideat ex qua vix Du=
centa scuta monete annue percipiuntur ac pensio=
nem annuam Ducentorum et Quinquaginta ducatorum
vel scutorum ei ad vitam suam apostolica auctoritate reserva=
tam habet satagens rerum suarum ob debita que sup=
plendis sororum dotibus sustinendisque litibus causa
hereditatis testatoris huiusmodi vel alias contraxit et
preterea in alenda familia Quatuor filiorum mascu=
lorum sibi ex Septem quorum Tres decesserunt relictorum
seque in statu suo conservando laboret Quibus in
commodis hec quoque accedunt quod pensio eiusdem
Palatii minime continuatur sed illud ut tempora
ferunt vacuum interdum ac diutius quam vellet re=
manebat Stabulum item eius cum partibus conti=

quis ruinam minetur et ad illud instaurandum
cum eius membris vix Mille aurei sufficeret quod
ipse nisi maximo suo et familie sue incommodo per=
ficere non potest Et si Stabulum ipsum ruere con=
tingeret non facile inveniri posset cui dictum Palati=
um vel mediocri pretio locaretur Adhec quoque neces=
sarie impense pro reparationibus et aliis que freque=
ter in edificiis fieri oportet pensionem diminuant
Proinde si dictum Palatium venderetur pretiumque
in bonis stabilibus vel annuis censibus aut locis mon=
tium non vacabilibus collocaretur spes esset uberiore
et magis continuatum proventum percipiendi nec
sumptus obeundi qui in fabrica Palatii sarta tecta
instauranda insumuntur Nos quibus maxime con=
venit ornatui Urbis consulere et quemadmodum
prospeximus ut nova quotidie edificia construatur
ita curare debemus ut antiqua presertim nobilia
quantum potest conserventur de premissis ut qui
Palatium ipsum dum Cardinalatus honore funge=
bamur aliquando inhabitavimus et alias plene edocti

ideoq[ue] Ioannis baptiste et alior[um] pretor[um] commodis
ac simul Urbis decori quantum in nobis est providere
volentes dictumq[ue] Joannem baptistam a quibusuis excois
suspensionis et interdicti aliisq[ue] ecclesiasticis sententiis
censuris et penis a iure vel ab hoie quavis occone vel
causa latis si quibus quolt innodatus existit ad
effectum pntium dumtaxat consequendum harum serie
absolventes et absolutum fore censentes necnon
testamenti fideicommissi venditionis alienationis
incorporationis lrar[um] aplicar[um] processuum instru
mentor[um] ceteror[um]q[ue] omnium super premissis confector[um]
tenores Palatii quoq[ue] et illius membror[um] proprie
tates situationes confines qualitates vocabula de
nominationes et veros etiam annuos valores et a
quibus ecclesiis aliisve ecclesiasticis et piis locis
dependeant aut sub quor[um] censu dominio et propri
etate consistant ceteraq[ue] omnia de necessitate ex
primenda presentibus pro expressis habentes
Motu proprio non ad dicti Joannis bapte nec alte
rius pro eo nobis desuper oblate petitionis instan

tiam sed mera deliberatione certaq[ue] scientia nra
et potestatis plenitudine venditionem seu venditio
nes dictar[um] Trium domor[um] uti erant proprietatis
dicte Basilice et Capli seu Capelle illar[um]q[ue] incor
porationes dicto Palatio pretiiq[ue] ipar[um] conversi
ones ut prefertur aut alias ac quocumq[ue] modo
factas et indesecutam Vicarii seu locumtenentis
predicti cor[um] approbationem cum omnibus ac qui
buscumq[ue] indesecutis licet venditionis huiusmodi pre
tium non in emptionem aliar[um] rer[um] immobilium ac
alias in evidentem mense Caplaris dte Basilice
utilitatem sed ut prefertur et seu alias pro exigen
tibus Capli et mense predictor[um] necessitatibus con
versum sit etiam approbamus et confirmamus
eisq[ue] perpetue et inviolabilis firmitatis robur
adiicimus Supplentes predictos et quoscumq[ue]
alios substantiales ceterosq[ue] iuris et facti de
fectus qui intervenerunt in eisdem Insuper nos
factis inprimis liberatione et affrancatione stabuli
domor[um] situs aree annexor[um] et alior[um] membror[um] dicti

Palatij sub proprietate censu et dominio Basilice
seu Capli vel Capelle Julie predicte vel ala consisten=
tium a proprietate et annuo censu seu canone Sexde=
cim ducatorum auri de Camera et Quinque librarum cere
laborate pro qua liberatione para pretij Palatij huiusmodi
in alijs bonis stabilibus seu portionibus montium
non vacabilibus aut censibus collocari vel assigna=
ri illorum loco possit predicto Joannibaptiste Pala=
tium ipsum cum stabulo et ceteris omnibus illius
membris iuribus pertinentijs ac circumcedentibus
cuicumque illud emere volenti pro se suisque heredibus
et successoribus iure proprio imperpetuum pro pre=
tio inter eos conveniendo ac cum conventionibus
conditionibus promissionibus in forma Camere
aplice etiam amplissima et alijs obligationibus
vinculis iuramentis decretis et cautelis inter eos
habendis vendendi et alienandi plenam et liberam
licentiam tribuimus Cum eo quod reliquum pretij
venditionis huiusmodi si fiat et protinus venditori non
numeretur illud Rome apud Mercatorem fide et

facultatibus idoneum deponatur ut in alijs bonis
et rebus immobilibus seu non vacabilibus montium
locis vel portionibus aut censibus liberis securis
et pacificis in Urbe ipsa aut eius circuitu seu in
statu temporali sancte Roman ecclie Italie con=
sistentibus predicto fideicommisso omnino subiectis
ad commodum et utilitatem Joannisbapte et aliorum
vocatorum predictorum uti cuique pro sua portione con=
tigerit ac etiam pro securitate et cautione futuri
emptoris etiam de evictione quamprimum collocce=
tur sicque facto pretij venditionis future huiusmodi depo=
sito vel eo soluto Palatium ipsum cum stabulo
domibus areis annexis membris iuribus et per=
tinentijs ac alijs omnibus predictis a vinculo
fideicommissi et substitutionis necnon omni et
quacumque prohibitione obligatione et oneribus
quibus ex testamento et quacumque alia dispositi=
one et voluntate Traiani testatoris etiam forsan
confirmatione aplica ex certa scientia facta suf=
fultis alijsque adminiculis ad inviolatam illorum

perpetuationem facientibus quibus Palatium
ipsum quomodocunque tenetur ex nunc prout ex
tunc et econtra motu scientia et potestatis
plenitudine similibus imperpetuum absolvimus
et penitus liberamus ac deinceps libera franca
vacua et expedita nec fideicommisso prohibitioni
et substitutioni predictis nec ullis aliis omnino
vinculis et obligationibus subiecta esse censemus
eaque omnia in pretium future venditionis et
deinde in portiones census et bona immobilia
emenda ut prefertur omnino transfundimus
ipsaque in locum et ius Palatii membrorum iuriumque
et pertinentiarum eorumdem surrogamus ac eisdem
fideicommisso substitutioni prohibitioni vincu-
lis et dispositionibus quibus Palatium ipsum
subiectum est perpetuo supponimus ita ut post
huiusmodi depositum nec Joannesbapta nec Faustus
nec eorum heredes nec prorsus quisquam alius
vocatorum et substitutorum predictorum ullo unquam tem-
pore ullave causa ius aliquod seu actionem in eodem

Palatio illiusque membris iuribus et pertinentiis
in fideicommisso et aliis predictis comprehensis quo-
modocunque habeat sed futurus emptor illius eiusque
heredes et successores predicti post depositum vel
solutum pretium huiusmodi illa tanquam libera et expe-
dita et allodialia imperpetuum habeant et de
eis libere et licite disponere possint ac si fideicommisso
substitutioni prohibitioni aliisque vinculis pretactis
nunquam subiecta sed fideicommissum substitutio
prohibitio voluntas vincula et alia huiusmodi super pre-
tio futuro ac censibus portionibus et bonis illorum
loco emendis per dictum Traianum testatorem
a principio facta fuissent Et nihilominus si Jo-
annesbaptista seu Faustus seu alius quisque voca-
torum aut substitutorum aliquid contra presentem
gratiam et voluntatem nostram contenderit vel con-
travenerit non ad Palatium illiusque membra et
alia sua iura liberata huiusmodi sed ad pretium deinde
ad portiones census et bona illorum loco emenda
simili fideicommisso subiecta omnino se convertat

volentes motuque scientia et potestate similibus statuentes ac etiam decernentes preteritas et futuras venditiones etiam censuum super dicto Palatio in favorem Capli Basilice et Capelle Julie impositorum necnon affrancationes eiusdem Palatii a dictis proprietatibus et censibus pretiique inde extrahendi conversiones et translationes super aliis bonis stabilibus Basilice Capli et Capelle predictorum contractus quoque scripturas et alia quecunque in premissis universis et singulis ac eorum occasione inter Caplum Joannembaptistam et futurum emptorem predictos ac quoscunque alios facienda licet in ipsis contractibus instrumentis et scripturis nulla de facultate et litteris presentibus ceterisque predictis mentio facta fuerit nihilominus ipsarum facultatis et presentium litterarum vigore facta et celebrata eo ipso esse et censeri eademque sive qd Faustus sive filii Fausti Aliorni ac etiam filie Traiani et alii in eodem testamento vel alias vocati aut aliquis vel aliqui ex eis eorumque

heredes et successores nunc et pro tempore existentes et alii interesse habentes et habituri ad hec vocati et auditi non fuerint nec premissis consentiant sed forsan expresse dissentiant et contradicant sive qd ipsi Canonici et Caplum pretium dictarum trium domorum Traiano predicto venditarum et ipsi Palatio incorporatarum non in emptionem bonorum stabilium pro dicta Basilica vel Capella ubi tenebantur sed in solutionem mercedis supradictorum ministrorum seu redemptionis dictorum aliorumque debitorum eiusdem Basilice converterunt sive qd cause etiam evidentis utilitatis Basilice Capli et Capelle Julie ac aliorum pariter interesse habentium minime cognite sint seu qd in utilitatem predictam cedant iudicatum non sit aut qd alie cause maxime iuste et rationabiles etiam de necessitate exprimende obsistant nihilominus valere et suos plenarios effectus sortiri nullumque Joannibaptiste nec Fausto nec ceteris omnino vocatis et substitutis pretia deinceps post factum depositum pretii venditionis

Palatij huiusmodi aut etiam sine ipso deposito post
factum censuum seu portionum aut aliorum bonorum
emptionem neque ius neque actionem sibi in ipso
Palatio illiusque membris et iuribus sed eis
prorsus exemptis et eorum loco in pecuniis dun-
taxat depositis necnon censibus portionibus
et bonis ex eis emptis ac quandocumque et quo-
tiescumque emendis eorumque fructibus et iuribus
competere nec contra futurum emptorem
nec eius heredes et successores aut ab eis
causam habentes super eisdem Palatio membris
iuribus et pertinentiis ipsius sic liberatis sed
contra depositas pecunias necnon census por-
tiones et bona immobilia emenda et eorum possesso-
res vel solvere debentes tantum in iudicio et
extra illud agere nec pretensum ius suum vel
actionem alias prosequi nec contra premissa nec
etiam Capitulum Basilice huiusmodi nec eius fabricam
quibuscumque privilegiis facultatibus ac etiam
in integrum restitutionibus annullationibus

et decretis suffulta contra venditionem dictarum
Trium domorum et indesecutam Vicarij seu locum-
tenentis approbationem ac forsan litteras restitutio-
nem in integrum reductionem ad terminos
iuris aut quodcumque aliud gratie vel iusticie
remedium etiam pretextu enormis et enor-
missime lesionis aut alias impetrare seu etiam
ab alio vel aliis impetratis vel etiam motu simili
concessis uti nec super premissis nec alias futurum
emptorem aut illum omnino heredum et successorum
eiusdem vel causam ab eo vel eis habentium ad iudi-
cium vocare aut alias directe vel indirecte quovis que-
sito colore vel ingenio molestare vel impedire nec
super eisdem aut aliis dictum Palatium illiusque
membra et iura quomodolibet concernentibus audiri
sed nec ipsas presentes litteras sive ex predictis sive
ex quibusvis aliis causis qualescumque sint de
surreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio
seu intentionis aut voluntatis nostre vel alio quo-
cumque defectu notari aut invalidas reputari seu

infringi vel annullari posse nec futurum
emptorem nec ullum omnino alium heredum et
successorum suorum vel causam habentium predictorum
ad verificandum aut purificandum premissa sive
omnia sive in parte unquam teneri et nihilominus
ipsas presentes gratiam et litteras validas et efficaces per-
petuo consistere illisque omnibus perpetuo suffragari
Sicque in his ceterisque omnibus premissis per quos-
cunque Judices ordinarios et delegatos etiam
causarum Palatii apostolici Auditores ac sancte Romane
ecclesie Cardinales in quavis causa et instantia
sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi
et interpretandi facultate et auctoritate ubique iudicari
et diffiniri debere necnon irritum et inane quic-
quid secus super his per Joannembaptam Faustum
et alios preteres ac quoscunque alios quavis auctoritate
scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Quo-
circa venerabilibus fratribus nostris Ostien. et Portuen.
Episcopis ac dilecto filio causarum Curie Camere apostolice
generali Auditori per apostolica scripta motu simili

mandamus ut ipsi vel duo aut unus eorum per
se vel alium seu alios presentes litteras et in eis con-
tenta quecunque ubi et quando opus fuerit ac quoties
pro parte futuri emptoris ac heredum vel aliorum
suorum predictorum seu alicuius eorum fuerint requisiti
solemniter publicantes illisque in premissis effica-
cis defensionis presidio assistentes faciant
auctoritate nostra eos premissis omnibus iuxta presen-
tium continentiam et tenorem pacifice frui et
gaudere non permittentes eos quemquam per
vocatos et substitutos predictos aut quoscunque
alios desuper quomodolibet molestari Contra-
dictores quoslibet et rebelles ac premissis non
parentes per censuras et penas ecclesiasticas
aliaque opportuna iuris et facti remedia appel-
latione postposita compescendo invocato etiam
ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis
Non obstantibus fideicommisso prohibitione
et voluntate aliisque predictis que omnia ad
eorundem premissorum omnium validitatem

et securitatem futuri emptoris et here-
dum ac successorum suorum predictorum
tollimus et abrogamus ac nostra de
non tollendo iure quesito necnon pie me-
morie Pauli ii. et Pauli iiii. aliorumque
Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum
de rebus ecclesie non alienandis et alie-
natis ad ius et proprietatem suarum ecclesiarum
revocandis ac etiam similis memorie
Pii pp. iiii. de huiusmodi litteris in dicta
Camera registrandis ad quarum insinuatio-
nem et registrationem nullus predictorum
ullo tempore teneatur nec propterea
ille irrite censeantur sed valide et effi-
caces omnino existant ac si debito tem-
pore in ipsa Camera presentate et regi-
strate fuissent aliisque apostolicis constitu-
tionibus necnon Urbis predicte et
Camere apostolice iuramento confirma-
tione apostolica vel quavis firmitate alia

roboratis statutis et consuetudinibus ac
novis reformationibus etiam pro edificiis
et ornatu Urbis etiam a nobis novissime fac-
tis et promulgatis privilegiisque quoque indultis
et litteris apostolicis etiam dicte Urbi et illius
ac Curie Romane Tribunalibus dictisque
Capitulo et Canonicis de non alienando bona
ad dictum Capitulum spectantia necnon Populo
et Civibus Romanis ac Camere predicte
illiusque Camerario Presidentibus Clericis
ac aliis Superioribus et personis in genere
vel in specie sub quibuscumque tenoribus et
formis ac cum quibusvis clausulis et decretis
etiam derogatoriarum derogatoriis ac irri-
tantibus etiam motu scientia et potestatis
plenitudine similibus ac etiam Consisto-
rialiter ac alias quomodolibet etiam pluries et iteratis
vicibus concessis approbatis et innovatis ac
imposterum concedendis et innovandis Quibus omnibus
et si de illis eorumque totis tenoribus specialis

specifica expressa et ad verbum non autem per
clausulas generales idem importantes men-
tio seu quevis alia expressio aut aliqua alia
exquisita forma ad hoc servanda foret etiam
si talia et multa sint que sub generalibus et
implicitis derogationibus non veniant sed
specialibus expressionibus indigeant nec
aliter quam in gratia expressa sunt in illis
extendi possint tenores huiusmodi ac si
ad verbum insererentur presentibus pro
sufficienter expressis habentes illis alias
in suo robore permansuris hac vice dun-
taxat specialiter et expresse derogamus
ac illis plenissime derogatum esse volumus
ceterisque contrariis quibuscunque. Aut si
aliquibus communiter vel divisim ab eadem
sit sede indultum quod interdici suspendi vel
excommunicari non possint per litteras apostolicas non
facientes plenam et expressam ac de verbo ad ver-
bum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino

hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis
approbationis confirmationis adiectionis suppletionis
decretorum tributionis voluntatum transfusionis
surrogationis suppositionis statuti decretorum
mandati et derogationis infringere vel ei ausu
temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare
presumpserit indignationem Omnipotentis dei ac
beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit
incursurum. Dat. Rome apud Sanctumpetrum
Anno Incarnationis dominice Millesimoquingentesi-
mo octuagesimo quarto Kal. May Pontificatus nostri
Anno Duodecimo.

M. Prodat.

Jo: Bapta Canobius.

Robert

R[ta] apud Jo: Bap: